



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 182. De traditis bonis in villa Hiddeshus in pago Logne.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

*frankonibus* (z) mansum unum testes alfric baddo had luithard mynhard guber-  
adulf. nante  
Corbe-  
iam Adal-  
garo.

## §. 181.

Tradidit maynhard mansum unum cum familia uilling in *hemmen-*  
*thorpe* (A) testes bodo baddo bern odo syni et alii tres.

## §. 182.

Tradidit odo pro anima uolcmari quidquid habuit in *kiddefhus* (B) te-  
stes ailhardus uolkeri liesman folcuerc liudbrand.

## §. 183.

Nos *Henricus* dei grā Corbeiēn. ecclie abbas tenore pñtium pro-  
testamur. quod cum bone memorie dñs *Rabanus iunior de Papenhem*  
miles a nobis bona sua pheodalia recipere int̄ certa bona decimā in  
*Rimbeke* nominatim recepit. postmodū cum p̄script⁹ dñs Rabanus suum  
testamentū cōficeret. p̄scriptam decimā in *Rimbeke* ad p̄bendā fratrū  
donauit p̄positure nřō Corbeiēn. ecclie. Quam donationem ratam te-  
nentes et gratā auctoritate nřā confirmam⁹ et eiusdem decime p̄pe-  
ratē. q̄ spectabat ad nos. eidem p̄positure liberaliter tribuim⁹ in his  
scriptis. Ut igitur hec res inconuulsa permaneat et p̄petue commende-  
tur memorie. pñtem paginā nřō sigillo iussim⁹ signari. Datum Cor-  
beie anno dñi M. CC. nonagesimo quinto VII. kal. septembri.

His autem litteris adiungimus tabulas abbatis ac conuentus in Hardehusen Pa-  
derbornensis diœesis, sic habentes :

Nos frater Jōhēs dēs abbas et totus conuentus in *Hersuidibus* uni-  
uersis pñtibus et futuris cupim⁹ esse notū quod in recognicie p̄pri-  
tatis quorūdam bonorū suorū in *Rimbeke* que bona Arnoldi dēi Hu-  
kere quondā fuerant. nobisq. nřōq. monas̄io per tēn. viros dñūm  
Heinricū abbatis totumq. conuentū ecclie Corbeyn. donatorū libera-  
liter custodi ipſ⁹ ecclie Corbeyn. tres libras cere ad luminaria b̄ti  
Viti soluere tenebimur. et in festo purificationis b̄te virginis sine diffi-  
cultate uel tradictione annis singulis et p̄petuo psoluem⁹. In cui⁹ rei  
robur et evidēciā pñtem cartam dedim⁹ sigillatā. Datū anno dñi  
M. CC. XC. nono quinto idus Januarii.

(z) *Franconibus* villa erat in pago *Hessi* sita. Olim exstīt ea in terris episcopatus Pa- De villa  
derbornensis haud procul ab Hardehusano monasterio, quod in adducta aliisque *Francon-*  
membranis nominatur *Hersuidibus*. Bona autem Corbeiensia, ad *Franconibus* hus.  
sitā, ab abbatibus Corbeiensibus postea tradita sunt p̄posituræ seu abbatiae Eres-  
burgenſi in Monte Martis, hodie dicta Stadberge, a qua illa, consentiente ec-  
clie Corbeensi, comparuit Bernhardus episcopus Paderbornensis, qui eadem  
denique anno 1155 Hersuidibus dedit monasterio.

(A) De villa *Hemmenthorpe* confer §. 226. dicenda.

De villa  
Hem-  
menthor-  
pe.

(B) *Hiddibus* villa erat, testante Registro nostro antiquissimo, in pago *Logne*. Pro- De villa  
cul dubio itaque intelligitur designata *Heltenſen* sita intra p̄fectoriam Hardeffen Hiddes-  
principatus Göttingensis, quæ in aliis membranis scribitur *Hiddibus* et *Hed-*  
*denbusen*. Nomen eandem villam accepisse a quadam *Hiddi*, probabile est; ad  
quam vero familiam idem *Hiddi* referendus sit, ignoratur. Illud verisimile est,  
inter progenitores ducis Ostfalorum *Hessi* exstītis quosdam, qui nomen illud  
ipsum amauerint, a quibus nomen *Hiddi* in familiam Ebertinam seu Luidolfi-  
nam fluxisse videtur, vt in stemmate Brunoniano vidimus ante §. 104. An  
vero